

## **Sancti Hieronymi Stridoniensis Opervm, Tomi ...**

In quo ipsi adscripta haec continentur: Commentarii in Iob. Commentarii in Prouerbia Salomonis. Homiliae quatuor Origenis in Canticum canticorum.

Commentarii in omnes Pauli Apostoli Epistolas. Quae omnia ad fidem vetustissimorum exemplariorum multis mendis sublatis correcta sunt ... Qui autem horum ...

**Hieronymus, Sophronius Eusebius**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Proœmivm.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75132](#)

# COMMENTARII IN EPISTOLAS DIVI PAVLLI.

PRO OREM IV.



Iteris tuis cursim mihi allatis, & laboribus & curis in sacris codicibus desudare me cogis, iam mihi senescente corpore, & viribus lassitudinibus, Heliodore sancte: idque in epistolis B. Pauli Apostoli; quae & scientia prædicatoris, & lima institutam magnæ & prædicando, & docendo testimonio Spiritus sancti prolatæ atque dilata sunt, ut comparare, aut coquare vereri testamento & euangelica doctrina non dubitemus. Ipse

enim reuelante sibi Spiritu sancto cognovit, dum se raptum esse vsque ad tertium celum in corpore aut extra corpus afferit, hoc est, vsque ad tertiam legem veteris nouisque testamenti. In corpore, aut extra corpus si est, neque per legem naturæ, neque per legem literæ, sed per Spiritum sanctum ei, omnibus apostolis minimo, nouissime datum per Iesum Christum Dominum nostrum, per quæ habemus accessum in gratia ista, in qua & stamus & gloriamur. Nos vero simPLICITER exposuimus, brevibusque sermonibus complices. Eius nempe epistolæ magnificetius ab omnibus sapientibus & interpretantur, & prædicantur.

## COMMENTARII IN EPISTOLAM PAVLI AD ROMANOS.

### CAPUT I.

**A**VLV. [Querimus quare Paulus scribat, cum Saulus antea sit vocatus? Quod ex more sanctorum fecisse credendum est, qui in virtutibus proficiens, mutato nomine sunt vocati, videnter etiam ipso nomine noui, ut Abraham, & Sara, & Cephas. Alter, Paulus. Sicut aliorum sanctorum tam in veteri quam in novo testamento, id est, Abraham, & Petri, & ceterorum, profecti & incremento meritorum mutata sunt nomina: ita & Paulus in gratia proficiens nomen sibi ipse mutauit.]



b ¶ *Seruus Iesu Christi.*] A seruo coepit, exemplum nobis humilitatis ostendens, quasi imitator eius qui exinanuit seipsum, formam servi accipiens, & humiliavit seipsum, factus obediens vsque ad mortem, propter quod & Deus illum exaltauit: & hic per fidem primum feruimus meruit apostolatum. Item non secundum timore, sed secundum dilectionem, sicut ipse dicit. *Vnde autem iam non ego, vnius verò in me Christus.*

Gal. 2. d.

c ¶ *Vocatus apostolus.*] Iam in presentia ad hoc vocatus ut esset apostolus. Item ostendit non solum vocatum se ad apostolatus gratiam: sed & segregatum in prædicationem gentium, vt ipse memorat. Nos in gentibus, ipsi autem in circumcisione. Vocatus ergo à Christo ad apostolatum: segregatus autem in prædicationem gentium, vt ostendat vnam esse substantiam patris & filii & Spiritus sancti.

dil. 13. a.

d ¶ *Segregatus.*] Sicut in actibus Apostolorum Spiritus sanctus dicit. Segregate mihi Barnabā & Paulū in opus ad quod elegi eos, e ¶ *In euangelium Dei.*] Euangelium, Latinè bona annuntiatio dicitur, nativitas scilicet Christi, passionis, & resurrectionis, & in celum ascensionis.

f ¶ *Quod ante promiserat per prophetas suos.*] Ostendit se Christum non aliud prædicare, quam cum, cuius euangelium propheta in Hierusalem promiserant esse venturum.

g ¶ *In scripturis sanctis.*] Ipsos afferit Dei prophetas esse, & illas scripturas sanctas de Christo ante cecinerunt. Verum totus hic locus contra Manichæos facit, ubi dicit, quod euangelium ante sit promissum & per prophetas Dei & in sanctis

scripturis, & quod Christus secundum carnem ex David stirpe, id est, de Maria virgine sit creatus, secundum quod predixerat Esaias.

h ¶ *De filio suo.*] Multi filij gratia, hic natura: cuius etiam in carne nativitas dissimilis ceteris inuenitur, eo quod ex virginine natus est. *Ez. 1. 7. o.*

i ¶ *Qui factus est ei ex semine David.*] Factus per Spiritum sanctum.

k ¶ *Secundum carnem.*] Addendo secundum carnem, & Fotonum excludit, & Arium. Si enim secundum carnem factus est, secundum verbi utiq; substantiam factus non est.

l ¶ *Qui prædestinatus est filius Dei in virtute.*] Dicendo, in virtute, ostendit non solitum humum: ne na utræcunque conceptum, sed absq; virili semine ex virginine præcreatum. Inferendo autem in.

m ¶ *Secundum Spiritum sanctificationis.*] Ostendit creatorem suum Spiritum sanctum. Item vt sit in omnibus ipse primatum tenens, secundum Spiritum sanctificationis prædestinatus, vt prior omnibus incorruptibilitatis virtute surgeret, & viam resurrectionis Dei filii aperiret. De quibus ipse dicit. Quia filii Dei, cum sint filii resurrectionis.

n ¶ *Ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini.*] Non omnium resurgentium, sed ad Christum pertinentium, in ipso Christo resurrectionis forma est.

o ¶ *Per quem accepimus.*] Gratiam, in baptismo: Apostolatum, quando à Spiritu sancto directus est. Apostolus enim Græcè, Latinè mislus dicitur. Item recto ordine, accepta gratia, honorem apostolatus meruisse dicit.

p ¶ *Ad obediendum fidei.*] Ostendit euangelij gratiam obediensibus prædicandam.

q ¶ *In omnibus gentibus.*] Apostolatum accepit, vt iam non legi, sed fidei obedirent.

r ¶ *Pro nominis.*] Vice nominis eius fugimur, vt ipse ait. *Si cut misit me pater, & ego mittio vos.* Et iterum: *Quo vos recipit, merecipit.* *Mar. 20. d.*

s ¶ *In quibus elli & vos vocati Iesu Christi.*] Et in vobis, id est, Romanis apostolatum accepimus.

t ¶ *Omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei.*] Hoc est, omnibus credentibus, quos aequaliter diligit Deus sine exceptione persona Iudei, vel Græci.

v ¶ *Vocatis sanctis.*] Sanctis vocatione Dei, non meritis sancti. Item idcirco dicit, sanctis, quoniam gratiam Spiritus sancti habentibus prædicabant.

x ¶ *Gratia vobis & pax à Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo.*

Hieronym. Tom. 8.

L

Talis